Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

dedit: Herbas denique ipsas et caetera: quibus medendi ars constat exco
gitavit atque protulit:—

At enim dicet aliquis et huic summo: qui fecit omnia et illis: qui prin xviiij.
profuerunt: suam venerationem esse tribuendam: primum
nec factum est unquam: ut qui hos coluit: et deum coluerit: ne
que fieri potest: quia si honos idem tribuitur aliis: ipse omnino non colitur.
cuius religio est illum esse unum ac solum deum credere: Clamat sum Cultus verus in uno deo solo est:
mus poeta eos omnes: qui invental vitam excoluere partes apud in
feros esse. Ipsumque illum repertorem medicinae talis et artis ad stygias
undas fulmine esse detrusum: ut intelligamus quantum valeat pater
omnipotens: qui et deos fulminibus extinguat: Sed homines ingenio
si hanc secum fortasse habebant rationem: Quia deus fulminari non
potest: apparet non esse factum: immo vero: quia factum est: apparet hominem
fuisse non deum: Mendacium enim poetarum non in facto est: sed in
nomine: Metuebant enim malum: si contra publicam persuasionem fate
rentur: quod erat verum: Quod si hoc constat inter ipsos ex hominibus
deos factos: cur ergo non credunt poetis: si quando illorum fugas et vulnera
et mortes et bella et adulteria describunt: Quibus rebus intelligi datur
non potuisse ullo pacto fieri deos: Quia ne homines quidem probi fu
erint: eaque in vita sua gesserint: quae mortem pariunt sempiternam:—

Venio nunc ad proprias romanorum religiones: quas de communibus xx.
dixi: Romuli nutrix lupa honoribus est affecta divinis. Romuli Lupa.
Et ferrem: si animal ipsum fuisset: cuius figuram gerit:
Sed auctor est livius larentinae esse simulacrum: et quidem non cor
poris. sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor: et propter vulgati cor
poris vilitatem lupa inter pastores id est meretrix nuncupata: unde et lu
panar dicitur exemplum secuti atheniensium in ea figuranda romani sequuntur se: Leena athenien
apud quos meretrix quedam nomine leena cum tyrannum occidisset:
quia nephas erat simulacrum constitui meretricis in templo animalis ef
figiem posuerunt: cuius nomen gerebat. Itaque ut illi monumentum ex
nomine: sic isti ex professione fecerunt: Huius nominis etiam dies
festus dicatus est: et larentinalia constituta: Nec hanc solam roma Faula
ni meretricem colunt: sed faulam quoque: quam herculis scortum fuis
se varrius scribit. Iam quanta ista immortalitas putanda est: quam etiam
meretrices assequuntur: Flora cum magnas opes ex arte meretricia Flora
quesiuisset: populum scripsit heredem: certamque pecuniam reliquit.
cuius ex annuo foenore suus natalis dies coelebraretur editione lu